



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXV De gehenna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER TERTIVS.

Idcirco infernū dicimus, quia inferius iacet: quod terra ad cælū est, hoc esse inferius debet à terra. Vnde & fortasse per Psalmistā dicitur: *Liberasti animā me* Psal. 35, am ex inferno inferiori. Infernus superior terra, infernus vero inferior sub terra esse videtur. Et Ioannis vox in ea estimatiōe cōcordat, qui cum signatū Apoc. 5<sup>o</sup> librū septē sigillis vidisse se diceret, quā nemo inuent<sup>o</sup> est dignus neq; in cælo neq; in terra, neq; subt<sup>o</sup> terrā aperire librū, & soluere signacula eius, adiunxit: Et ego flebā multū. Quē tñ librū postmodū per leonē de tribu Iuda dicit aperiri. In quo videlicet libro qd aliud q̄ sacra scriptura signatur, quā solus redēptor noster aperuit, qui homo factus moriendo, resurgēdo, ascendendo cuncta mysteria, q̄ in ea fuerāt clausa, patefecit. Et nullus in cælo, quia neq; angelus, nullus in terra, quia neq; homo viuēs in corpore, & nullus subtus terrā dignus inuentus est, quia neq; animę corpore exuta aperire nobis, præter dñm, sacri eloqui secreta potuerūt. Cum ergo ad soluendū librū nullus subtus terrā null<sup>o</sup> inuētus dignus dicit, qd obftet non video vt subtus terrā esse infern<sup>o</sup> credatur.

### De Gehenna. Caput XXV.

**N**omen gehennę in veteribus libris non inuenitur, sed primū à saluatore ponitur. Quare Beda. mus ergo q̄ sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem ad radices, montis moriæ, in quibus Siloa fluit, legimus. Hęc vallis & parui campi planities irrigua erat & nemorosa, plenaq; delitijs, & lucus in ea idolo consecratos. In tan-

HAY. DE VARIET. LIB.

tam aut̄ populus Isral̄el dementiā venerat vt deserē  
do tēpli vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorē reli  
gionis delitiā vincerent, filiosq; suos incenderēt dæ  
moni vel iniliarēt, & appellabatur lucus ipse gehē  
non, id est, vallis filiorū Ennon. Hoc Regū volumē,  
& Paralipomenon, & Hieremias scribūt plenissime.  
Et cōminatur deus se locū ipsum impleturū cadaveri  
b<sup>o</sup> mortuorū, vt nequaquā vocetur Tophet & baal, sed  
vocetur polyandron, id est, tumulus mortuorū. Fu  
tura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ, quibus pctō  
res cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur.  
Duplicē esse gehennā nimij ignis & frigoris in Iob  
plenissime legimus.

Quod duplex dānatorū pœna sit in gehē  
na, id est mentis simul ⁊ corporis. XXVI.

**D**Vplex damnatorū pœna est in gehenna, quo  
rum & mentē vrit tristitia, & corp<sup>o</sup> flāma iu  
xta vicissitudinē, vt qui mente tractauerunt  
quod perfecerunt corpore, simul & animo puniant̄  
& corpore. Ignē gehennę ad aliqd non habere, hoc ē  
habere, lumē ad dānationē, vt videāt īpij vñ doleāt,  
& nō habere ad cōsolationē ne videant vñ gaudeāt.

Quod vnus gehēnæ ignis, nō equaliter  
oēs cruciet peccatores. Cap. XXVII.

**V**Nus quidē est gehēnæ ignis, sed non vno mō  
omnes cruciat pctōres. Vniuscuiusq; em̄ quā  
tum exigit culpa, tm̄ illic sentiet pœnæ. Nam  
sicut in hoc mundo sub vno sole multi cōsistunt, nec  
tm̄ eiusdē solis ardorē æqualiter sentiunt, quia alius